



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

De excommunic. contenta in c. Indemnitatibus §. Postremò de elect. in 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

In primo casu dumtaxat Bulla Urb. IV. non corrigitur per d. Bullam Pii V. videlicet quando superveniret inevitabilis, & periculosa necessitas, sicut exustionis ignis (qui casus est hodie exceptus in Extravag. Pii V.) & incursus hostilis, & consimilis: Quod intellige dummodo necessitas sit extrema, & egrediantur saltem auctoritate Episcopi, si ulteriore dilationem res non patiatur; quid enim si Monasterium aquarum inundatione mergeretur, aut irreparabilis totius Monasterii ruina proxima immineret; expeditanda ne esset licentia ab Urbe; an potius succurrendum Monialibus pereuntibus? Ad hoc c. exit, qui seminat, §. Porro de verb. signif. lib. 6. ubi -- Nec ipsis fratribus jure poli in extrema necessitatis articulo ad prouidendum sustentationi naturae via omnibus extrema necessitate detentis concessa, præcluditur, cum ab omni lege extrema necessitas sit exempta: sed extra hunc casum, translatio monialium ab uno, ad aliud Monasterium fieri non potest, nisi auctoritate Apostolica. Hæc Fagnan.

De excommun. contenta in c. indemnitatis tibus, §. Postremo de elect. in 6.

## E X C O M . X.

### S U M M A R I U M .

**i** Qui praesident electioni Monialium, tanquam Officiales, si non abstinent ab his, ex quibus discordiae oriri solent excommunicationem incurront.

### A D N O T A T I O N E S .

**M** Ulieres Religiosæ, quæ Clausuram non servant, si vocatae ad diligendas Moniales in Electionibus, non abstinent ab eis, ex quibus discordiae oriri, vel ortæ nutriri possunt circa ipsas electiones, excommunicationem incurront eo ipso, ut notat glos. marginalis in d. §. Postremo, Bonaccin. de censur. extr. bull. cœn. disp. 2. q. 2. pun. 5. n. 4. Et hinc est, quod alii vocati ad hortandum, si oppositum faciant, non incurront, quia textus intelligitur de his, qui praesident electioni, tanquam officiales illius, nimur ut Scrutatores, Notarii vel testes, ut contrâ Bonaccin. loco citato tenet Passerin. de elect. c. 40. n. 29.

### De Suspensionibus.

#### §. II.

### De suspensione contenta in Extravag. i. de simon.

### S U S P . I.

#### S U M M A R I U M .

**i** Capitulum Monialium agens contra dispositionem Extravag. i. de simon. incurrit suspensionem eo ipso ab omni actu capitulari communi.

### A D N O T A T I O N E S .

**D** iximus siपra in tit. præcedenti §. i. quod Moniales particulares exigentes, & recipientes ab ingredientibus Religionem directè, vel indirectè prandia, pecunias, jocalia, aut alia etiam ad

usum plium deputata, incurront excommunicationem contentam in hac extravaganti, modò dico, quod Capitulum ipsarum Monialium agens contra dispositionem ejusdem Constitutionis, suspensionem impropiè dictam, hoc est privationem (quæ est reservata) ab omni actu, & officio Capitulari communi, & quod administrationem Ecclesiasticam requirit, eo ipso incurrit, prout tradit Barbos. in dict. extravag. num. 8. An autem talis pœna hodie vigeat, & incurrit, faciunt ad hoc, quæ ibidem dicta sunt de excommunicatione.

De